actionis intentatæ; ideoque viſæ ſunt in applicabiles caſui noſtro.

Sicut etiam non fuit ſublata altera reſponſio, quod poſtquam Auditor Sanctiſſimi aperuit terminum proſervato, & Partes remiſit ad Rotam in gradu appellationis, non retardata expeditione cauſæ; R. P. D. Severolus non ſolùm potuit, ſed debuit ferre ſententiam, alias enim per Auditorem Sanctiſſimi demandata fuiſſet expeditio, & appellatio unius ſententiæ non exiſtentis; unde non retardando illius expeditionem, ſententiæ validitatem ſaltem agnovit, quamvis in gradu appellationis remiſerit ad Rotam ulteriorem cauſæ diſcuſſionem circa Juſtitiam.

Non minus firmum remanet ex his, quæ in præterita deciſione dicta fuerunt, quod ex natura judicii licitum fuit D. Co. Alexandro præventivè agere, ſed, ut magis appareat exiſtentia talis Judicii, fuit quoque conſideratum, quod, cum Teſtator demandaſſet inveſtimentum reſidui, quod erat faciendum pro augmento hæreditatis, ſummopere intererat Franciſco Maria qui eſt primus vocatus, quod à Judice declaretur; An Trebellianica cenſeatur prohibita nec ne, attentis jactationibus per Marchioniſſam factis, ut eſſe poſſet ſolicitus pro totali adimplemento voluntatis Teſtatoris; alias enim, ſi Trebellianica non fuiſſet prohibita, quartas pars fructuum quæ ſpectat ad Trebellianiſtam, debuiſſet eſſe libera ab inveſtimento per text. *in l. Mulier*, *§. Si hæres verſ. alia cauſa, ff. ad Trebell.* Cancer. *var. cap. 2. numer. 71.* Peregr. *de fideic. art. 49. n. 53.* Rot. *dec. 517. n. 9. p. 4. diverſ.*

Allegatis eventualitatibus nullum majus pondus tributum fuit, ut reddere valeant Judicium eluſorium; ideoque ſatis videtur quod in præcedenti dictum fuit; quod nempè cum Marchioniſſa non ſit vocata ſub aliqua conditione ſuſpenſiva, ſed reſolutiva, imò etiam poteſtativa, non debet interim poſſe inferre Parti præjudicium, & Judicium detinere, ne conſultat alterius Collitigantis indemnitati; cum ad hunc effectum ſatis ſit probabilis timor ut ab hærede gravato diſtrahi, & alienari poſſint bona fideicommiſſaria in præjudicium ſubſtituti Alexand. *in l. ſi finita*, *§. eleganter*, *n. 26. ff. de damno infect.* Covar. *var. reſol. lib. 1. c. 18. n. 8. & melius* Cæphal. *conſ. 381. n. 10. verſ. his ita præmiſſis.*

Super jactationibus fuſius jam examinatis DD. immorari noluerunt, & retractatio allegata *in dec. 244. p. 19.* ut ad illius exemplum veniat admittenda retractatio facta à Marchioniſſa, non eſt applicabilis, quia illa fuit à Parte petita, & per Judicem demandata, ideoque benè potuit ſuſpendere Judicium præventivum; hæc autem facta fuit à ſola Marchioniſſa, & lite jam incepta, de quo tempore cum dicatur innitus inter partes quaſi contractus ut probatum fuit in alia deciſione, & ab eo reſiliri non poſſit, niſi mutuo Partium conſenſu, nil mirum eſt, ſi diverſos producit effectus.

Et demum, quamvis replicetur pro admiſſione reſtitutionis in integrum, & jam dictum fuerit, quod non apparebat petita, nihil de novo deductum habetur ad demonſtrandum illius petitionem, & præſumptio, quod ſufficiat fuiſſe petitam in ſingulis diſputationibus eſt irrelevans, nam talis petitio habetur tamquam extrajudicialis, & reſtitutio in integrum, vel eſt perſonaliter petenda coram Judice, vel per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum.

Subſiſtunt pariter fundamenta in deciſione, quæ revidetur adducta pro illius juſtitia, neque opinio DD. fuit novam theoricam inducendi, ut ex adverſo prætenditur, ſed neceſſarium crediderunt illam jam à Rota, & à DD. approbatam explicare, ex quo ſcribentes pro Domina Marchioniſſa non contenti de ſolita verborum expreſſione, *cum qua procedunt omnes Doctores ab illis laudati;* quod ſcil. conjecturæ, ex quibus inferri poſſit prohibitio Trebellianicæ, debeant per neceſſe concludere, & in alium ſenſum trahi non poſſint, illarum vim, adeo extendere voluerunt, ut tali neceſſitate convincant animum Judicis, quod neque per poſſibile in alium ſenſum trahi poſſent, ideoque DD. hanc inſolitam, & minus veram interpretationem, prætermittere noluerunt, illamque vindicando à tanta rigiditate, ad regulas juris reducere exiſtimarunt, firmantes, neceſſitatem, quam importare debent tales conjecturæ, eſſe tantum moralem, quodque in nullum alium ſenſum trahi poſſent nempè veriorem ita ut ſecundum magis rationabilem intellectum captivent animum Judicis ad credendum, Trebellianicam fuiſſe prohibitam licèt in alium ſenſum minus verùm trahi poſſint.

Poſſet utique comprobari hæc opinio non minus ex mente ipſius Imperatoris, quàm ex hac ratione, quia cum in §. *hæc autem verſ. ſi verò expreſſim Auth. de hæred. & falc.* nulla certa, forma præſcribatur circa modum prohibendi Trebellianicam, expreſſum illud dicitur, quod ex conjecturis elicitur ita Tiraqu. *in l. connubiali 16. Gloſ. 7. num. 162. cum ſeq.* ubi firmat, id, quod ex conjecturis colligitur; dici nominatum factum, *& n. 166. cum ſeqq.* Signorol. *conſ. 176. n. 5.* Burſatt. *conſ. 382. n. 9.* Mantic. *de conject. l. 6. tit. 1. n. 8.* Menoch. *de præſumpt. l. 1. q. 45. n. 3.* Roman. *conſ. 171. in fin.* & in puncto Merlin. *de legit. l. 1. tit. 3. qu. 1. num. 26.* Manſ. *conſult. 36. n. 20. cum ſeqq.* & iſtarum conjecturarum illatio nunquam tanta eſſe poteſt, ut aliquid invincibiliter demonſtret, ac comprobet, ut ſatis clarè deſumitur ex illa Romana fideicommiſſi 8. Martii 1613. cor. Sacrato data per Marchioniſſam *Summ. n. 1. §. non obſtat*, ubi admittitur, quod cumulari poſſint conjecturæ, quando ſingulæ habeant aliquem gradum perfectionis in ſuo genere; ſi igitur ſufficit, quod habeant aliquem gradum perfectionis, neque debent, neque poſſunt ita perneceſſe concludere, ut neque per poſſibile trahi valeant in alium ſenſum, & ſuperflua remaneret talis cumulatio, ſi ab una tantùm integra, & neceſſaria probatio reſultaret. Quod utique convincitur ex altera deciſione in Romana Legatorum de Columna 16. Junii 1614. coram eod. Sacrato data pariter per Marchioniſſam *Summ. n. 2.* in qua dicitur, quod verba prohibentia Legitimam debent eſſe talia, quæ non niſi talem prohibitionem importare poſſint: & cum inferius ſubdat, quod Trebellianica ſit minus odioſa ex illius ſenſu conjecturæ pro Trebellianicæ prohibitione minorem quoque vim habere debent.

Sed nulla major ratio dari poteſt, quam quod eædem deciſiones ex adverſo allegatæ, & Doctores à Scribentibus pro Marchioniſſa laudati in eadem ſententia conveniunt; deciſiones enim nihil aliud dicunt, quàm quod conjecturæ, quæ prohibitionem Trebellianicæ inducere valent, debeant perneceſſe concludere, neque poſſint in alium ſenſum trahi; abſque eo quod illas conſtringant intra illos rigoroſos terminos ex adverſo prætenſos, quod neque per poſſibile aliam poſſint recipere interpretationem, idem quoque firmant Doctores pro Marchioniſſa citati, nam etſi in magna Falange congregati, ſi tamen in claſſes illos dividamus, plures erunt, qui tantùm in genere dicunt, requiri conjecturas neceſſario conclndentes, prout ſunt Caſtr. *conſ. 28. in fin. lib. 2.* hujus opinionis anteſignanus, cum quo tranſeunt Mant. *de conject. l. 7. tit. 12. num. 10. & ſeqq.* Tiraq. *in leg. connub. 16. gloſ. 7. n. 172.* Mangil. *de imput. qu. 115. num. 4.* Add. ad Buratt. *dec. 480. n. 23.* ad Greg. *dec. 421. ſub n. 16.* & ad Pamphil. *dec. 417. n. 20.* de Luca ad Grat. *diſcept. 10. n. 18.* Bellon. de *Jur. accreſc. c. 6. quæſt. 5. n. 16.* Carvall. *de utraque quarta par. 2. num. 71.* & comprobat etiam Rota apud Pœn. *deciſ. 1043. n. 4. & in rec. deciſ. 67. n. 2. par. 1. & dec. 203. n. 6. p. 4. tom. 1.* & coram Caval. *dec. 441. numer. 4.* & Coccin. *deciſ. 1634. numer. 6.* & aliæ relatæ in Summ. Marchioniſſæ, reliqui qui etiam elici poſſe volunt hanc conjecturam ex verbis veriſimilibus, ut Molin. *de primog. l. 1. cap. 17. numer. 16.* & Caſtill. *quotid. contr. lib. 5. cap. 86. num. 48.* quibus etiam addi poſſunt allegati pro Comite Alexandro, nempè Scacc. *de judic. lib. 2. cap. 9. num. 1149.* Gabr. *ad Trebell. concluſ. 2. verſ. contrarium*, & Clar. *in §. Teſtam. quæſt. 62. numer. 3. in fin.* Saminiat. *contr. jur. cap. 86. num. 3.* quibus ſatis eſt, ſi verba ad aliud commodè referri non poſſent, & unus tantùm, nempè Mart. *de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 28. art. 3. numer. 19.* qui conjecturas excludit, quando etiam ex remotiſſimis ad aliud applicari poſſent; ſed poſtea ſi deveniamns ad examen conjecturarum, iſti omnes Doctores illas admittunt, quæ communiter admittuntur, & quas Rota quoque approbat, & quæ ſuos habent magni nominis contradictores, ut fusè in præſenti demonſtratum fuit: & præcipuè deſumitur etiam ex mente Caſtrenſis *in dict. conſil. 28.* ubi quamvis illius ſenſus ſit de conjecturis, quæ non poſſunt ſe habere, niſi ad eam tantùm, tamen non excludit, niſi conjecturas provenientes ex illis verbis, *omnia bona*, *pleno jure*, *& ponens in locum ſuum*, quæ pariter à Doctoribus reprobantur, & ſic non poteſt deduci, quod Paulus intellexerit de neceſſitate Phiſica, quia commodè dici poteſt intellexiſſe de conjecturis, quæ non poſſint ſe habere niſi ad eſſe tantum moraliter, & præcipuè cum ſupra ad probandum, quod Teſtator potuerit conjecturis prohibere Falcidiam uſus ſit argumento deſumpto à fideicommiſſo, propter cujus inductionem non requiruntur conjecturæ adeo neceſſariæ, ex quo ſequitur, quod mens talium, & tantorum virorum ſit, & fuerit de illa neceſſitate tantum morali, alias novas conjecturas inveniſſent, nam facile erat agnoſcere, quod illæ non importabant neceſſitatem phyſicam, cum tan-

tantum inſudaverint, ut illas vindicarent à contrariis argumentis.

Sed neque diverſimodè tales conjecturæ intelligi poſſunt, nam ſi talis neceſſitas à lege eſt deſumenda, cum à lege non proveniat, niſi neceſſitas moralis, qua leges tantum moraliter obligant, Laym. ex adverſo citatus *theol. moral. l. 1. tr. 2. c. 7. nu. 1. in fin. & tr. 3. c. 1. nu. 5. eod. lib.* non erit neque novum, neque juri contrarium dicere, quod conjecturæ pro Trebellianicæ prohibitione debeant tantum neceſſitate morali concludere, ſcilicet ut ſecundum veriorem intellectum captivent animum Judicis, ut ſupra dictum fuit.

Exempla quoque ad nullum alium effectum in preterita deciſione fuerunt adducta, quam ad demonſtrandum, quod à Doctoribus pro Trebellianicæ prohibitione admiſſa reperiuntur verba, quæ recipiunt alium ſenſum, & interpretationem; cumque hoc non controvertatur, neque controverti poſſit, firmum remanet aſſumptum in deciſione firmatum.

Neque obſtet diſtinctio ex adverſo data, quod diſcrepantia Doctorum non ſit circa qualitatem conjecturarum in abſtracto, ſed in earum ſingulari examine, quia hoc eſt, quod nos ſemper diximus in deciſione, quod ſcilicet pro Trebellianicæ prohibitione requirantur conjecturæ, quæ nullam aliam interpretationem admittant, ſed poſtea demonſtrando authoritatibus, & exemplis, quod admiſſæ fuerunt tales conjecturæ, quæ poſſent recipere aliam interpretationem, quamvis minus veram diximus, quod illarum neceſſitas non debeat eſſe phiſica, ſed moralis.

Prout nec etiam ſublatum remanet prædictum exemplum à defenſoribus March. referendo diverſas Doctorum opiniones circa dictionem illam *tota*, quia imò ex tali diſcrepantia deductum fuit, non importare prohibitionem neceſſitate phiſica, & tamen communiter admiſſa reperitur; ſed illorum aſſumptum erat oſtendere, quod hæc, & ſimilia in alium ſenſum, neque per poſſibile referri poſſint, cæterum clarum eſt, quod in examine talis conjecturæ dubitatum fuit de illius viribus, & de voluntate Teſtatoris, ut videre eſt apud Doctores allegatos, & precipuè apud Mant. & tantò clarius fuit diſputatum ſuper his, qui etiam circa locum fuit conſiderabilis quæſtio, & Ruin. *conſ. 163. nu. 22. l. 2.* ad concordandas opiniones ait, aut verbum *totam* additum eſt verbo exequutivo, & tunc intelligitur prohibita Trebellianica, ſecùs verò ſi verbo diſpoſitivo, & quamvis hæc diſtinctio tuta non ſit, & à qua ipſe Ruinus receſſit, ſatis tamen eſt ad demonſtrandum, in quo cadebat cardo difficultatis.

Minùs relevat altera reſponſio data con. primum, & ſecundum exemplum, quod ſcilicet in his caſibus admiſſa fuerit prohibitio Trebellianicæ ad evitandum damnatum abſurdum ſuperfluitatis; nam hoc argumentum in jure admittitur, ſed facile etiam tollitur, quia ſufficit, quod verba in aliquo etiam minimo operari poſſint, Surd. *conſ. 325. n. 14. in fin.* Mant. *de conject. l. 3. tit. 6. numer. 8. & de tac. l. 2. tit. 12. num. 19.*

Sicut nec ſubſiſtit reſponſio con. tertium exemplum, quia cum ibi quæſtio eſſet quibus filiis intellexerit Teſtator prohibere Trebellianicam, deciſio dicit, quod debebat intelligi prohibita filiis Teſtatoris, quia illis etiam prohibuit legitimam, quod plus eſt & ſic benè deductum fuit argumentum à majoritate rationis, ut in præcedenti deciſione, *§. ſed difficultatem tollit.*

Confirmantur prædicta aliis duobus exemplis pro Co: Alexandro adductis; nempè quod ex prohibitione Falcidiæ inferatur etiam prohibitio Trebellianicæ, Petrus Matth. *in repet. l. filiam col. penult. de bonor. poſſeſſ. con. Tabulas*; item quod ex illis verbis *abſolutè pleno jure, & omni meliori modo,* quæ licet recipiant facillimè aliam interpretationem, nihilominùs ſimul juncta ſecundum communem DD. opinionem dictam prohibitionem important, ut videre eſt apud Crat. *c. 25. n. 5.* Ciroch. *diſcept. 10. num. 18.* quæ cum ad eundem finem tendant, non operæ pretium eſt illa particulariter examinare.

Et demum prædicta comprobantur per deciſiones coram Cocc. 2020. & 2064. in quibus recedendo ab altera deciſione 1634. coram eodem firmatum remanet, quod ſufficiat generalis prohibitio, & quod per illam particulam *ſolamente* ſatis conſtet de generali voluntate Teſtatoris, ex quibus deducitur, quod Rota nunquam voluit excedere generales terminos conjecturarum, hoc eſt, quod illæ tantum concludant perneceſſe, non verò neceſſitate phiſica, & aliquando neceſſarium fuit ſe determinare, in benigniorem potiùs partem inclinavit.

Quapropter quantò magis erunt attendendæ plures, & efficaces conjecturæ, quæ in caſu præſenti concurrunt, ut ex infra dicendis; nam cum ex illis, abſque eo quod recurſum habeamus ad præſumptum de præſumpto, deſumatur totalitas non minùs in diſtributione, quam in reſtitutione demandata. Virtualis, & ſufficiens reſtrictiva prohibitio alienationis, ac multiplicum pro augmento hæreditatis, ea omnia in caſu præſenti leguntur, quæ etiam ſeparata ſufficiunt juxta Doctores allegatos. Ideoque DD. iterum approbarunt pro prima conjectura illa verba in prooemio teſtamenti enunciata conſultò à Teſtatore: *Hò determinato anch' Io col preſente mio Teſtamento eſprimere la mia volontà verſo tutte, e ſingole mie facoltà, acciò ſecondo il mio volere ſiano dal mio Erede diſtribuite, e reſtituite*, quod verbum illud *tutte* importet totalem, & integralem reſtitutionem, eſt prorſus extra controverſiam ex ſupra deductis in exemplorum examine, & fuit pariter per Partes admiſſum, & tanto fortius quia reperitur italico ſermone conceptum, & geminatum cum altero verbo *ſingole*, ex quibus deducitur magis enixa Teſtatoris voluntas diſponendi, dum non ſolum cogitavit ad totam, & integram ſuam hæreditatem, ſed ad ſingulas etiam ejuſdem partes, Menoch. *conſ. 1210. n. 3. cum ſeq.* Rota *in Fulginaten. Fideicommiſſi 29. Januarii 1685. §. ex quibus, coram bon. mem. Pauluccio.*

Neque obſtat, quod hæ prooemiales enunciativæ regulariter non diſponant, quia in caſu noſtro tales minimè dici poſſunt; Teſtator enim deliberato animo illa verba ibi appoſuit, quod probatur ex illa cauſativa, *acciò ſecondo il mio volere ſiano dal mio erede diſtribuite, e reſtituite*; & deinde ex tota diſpoſitione, quæ ſuam formam recipit à tali præcedenti Teſtatoris voluntate; alibi enim oſtenſum fuit, quod in quacunque parte orationis Teſtator ſuam voluntatem exprimat, exequutioni eſt demandanda, & ſi in prooemio non eſſet adeo clara diſpoſitio, ſaltem inſerviret ad declarandum, & vivificandum totum id quod in ſubſequenti oratione continetur, Bart. *in l. fin. num. 3. ff. de hæred. inſt.* Decian. *conſ. 72. num. 49. lib. 2.* Rot. coram Buratt. *dec. 543. numer. 11.* Coccin. *deciſ. 282. numer. 3. & in recent. dec. 466. numer. 1. part. 1.*

Et quamvis videatur limitata voluntas ab illis verbis *ſecondo il mio volere*; itaut diſpoſitio ſit deſumenda ab infra dicendis, illa verba non reſpiciunt totalitatem hæreditatis, ſed modum; ideoque firma remanet determinata voluntas diſponendi *di tutte, e ſingole ſue facoltà* complectens æque diſtributionem, & reſtitutionem, ex qua ſanè partium diſtributione, & reſtitutione *di tutte, e ſingole facoltà* rectè arguitur ad prohibitionem Trebellianicæ, Ruin. *conſ. 117. n. 21. verſ. ex quo ergo, l. 3.* Gabr. *de Trebel. concl. 9. n. 9.* & magis in puncto quod ubi Teſtator mandavit omnia bona vendi, & diſtribui, dicatur prohibita Trebellianica probat Capr. *conſ. 78. n. 25. & ſeqq.*

Minus quoque ſubſiſtit, quod etiamſi talia verba reperirentur in parte diſpoſitiva, non ſufficerent pro excluſione Trebellianicæ; cum in parte demandante reſtitutionem non fuerint reperita illa verba *tutte, e ſingole.*

Nam ex ſola lectura elicitur reſponſio; in oratione enim continuata, & ad aliud non referibili, non eſt neceſſaria talis repetitio, cum ſingulæ partes teſtamenti veniant ſimul jungendæ, ut omnia ſimul ponderari debeant, ut arguit Rot. *in Romana Falcidiæ 16. Junii 1688. §. nullatenus*, coram R. P. D. meo Benincaſa; ideoque illa verba *acciò dal mio Erede ſiano diſtribuite, e reſtituite* non poſſunt conjungi, niſi illis immediatè præcedentibus *tutte, e ſingole mie facoltà.*

Quod verò verbum *facoltà* æquipolleat verbo hæreditatis DD. crediderunt, ſatis probatum fuiſſe in præcedenti dictione, & confirmat etiam optimus textus *in l. cogi 16. in princ. ff. ad Trebell.* ibi -- *ſi patrimonium fuerit rogatus, ſi facultates, ſi quidquid habeo, ſi cenſum meum, ſi ſubſtantiam meam, ſi fortunas meas, ſi peculium meum idem ac patrimonium, cogendus erit;* ideoque abſque ulla intellectus violentia hæc prima conjectura in nullum veriorem ſenſum trahi poſſet, quam in prohibitionem Trebellianicæ.

Præſervatam quoque ab objectionibus contrariis ſecundam conjecturam DD. agnoverunt; nam cum Teſtator obſervando formam ſibi in prooemio præſcriptam diligentiſſimè expreſſerit quid volebat Marchioniſſam poſſe detrahere à tota ſua hæreditate, ex proprietate enim dotem, & quartum dotale, ex uſu Palatium, & mobilia, & demum ex uſufructu ſcut. 12. mil. annua, nullum veriorem intellectum ex his erui poſſe DD. dixerunt, quam prohibitionem Treballianicæ, in quibus quamvis nulla reperiatur expreſſa taxa-

taxativa, virtualis ſatis deſumitur ex totali, & integra diſtributione fructum, *ut in* §. 13. *teſtamenti*, cum idem ſit ſub aliqua taxativa reſtringere facultatem hæredis, & de reliquis omnibus diſponere, quia ſi hæres vult adimplere voluntatem Teſtatoris, non poteſt detrahere Trebellianicam, aliàs non totum, ſed partem tantummodo diſtribueret, ut probat Ruin. *dicto conſ.* 117. *numer.* 21. *verſ. ex quo ergo*, & Gabr. *dict. concl.* 9. *num.* 9.

Neque adverſantur authoritates pro taxativa adductæ, quia illæ minimè impugnantur, ſed dicitur eandem limitatam facultatem ſufficienter reperiri in caſu præſenti, quia ea, quę veniunt in neceſſariam conſequentiam pro expreſſis habentur Rota *in Gerunden. anniverſariorum ſuper concordatione, & approbazione pactorum* 28. *Novembris* 1691. §. *Nec advertenda coram me*, & deſumitur etiam in ipſo prælegato dotis, & quarti, quod de jure importat implicitam taxativam, ita ut nihil aliud prætendi poſſe ratione Trebellianicæ firmaverit Gloſ. *in l. cum quis*, §. *Mulier verb. rogatus, ff. de dot. prœleg.* ibi -- *ſpecialiter eſt conjectura voluntatis ex eo quod legabat pro debito dotis, quaſi quædam taxatio eſt, ut quidquid ultra habeat reddat.*

Demandatio quoque multiplici, quæ pro tertia conjectura deſumpta fuit ex eodem §. ibi -- *e del reſtante de frutti, che avanzaranno della mia eredità debba farſi un altro moltiplico* eundem intellectum pro Trebellianicæ prohibitione repoſcit; nam quid abſurdius, quam qui mandaſſet, ne hæres aliquid, præter expreſſum à ſuo hæreditate ſeparare poſſet, & reſiduum inveſtiri pro augmento hæreditatis, voluerit poſtea permittere adeo ingentem diminutionem ex hoc enim bene inferri poteſt Trebellianicæ prohibitio, ut arguit Gloſſ. *in l. in fideicommiſſaria, ff. ad Treb.* ibi -- *ne ibi magis ut Cuſtos, quam ut hæres etiam cætera omnia reſtituit cum fructibus etiam non retenta quarta*, & noat Adden. ad Alexandrum *in dicta leg. in fideicommiſſaria in fin.*

Neque eſt præſumptum, quod ad hunc præciſum effectum mandaverit Teſtator tale inveſtimentum, quia cum ceſſare deberet ſtatim ſequuto obitu Marchioniſſæ, & cum illa non ceſſabat, niſi hæc Cauſa tanquam unica haberi debetur pro expreſſa, Gozadin. *conſil.* 59. *num.* 75. Soccin. Jun. *conſil.* 181. *numer.* 36. *l.* 2. Rot. *in rec. dec.* 385. *numer.* 28. *part.* 9.

Ad enervandam vim hujus conjecturæ ex adverſo Scribentes dixerunt, admiſſo etiam, quod Teſtator demandando inveſtimentum pro reſiduo, præ oculis habuerit augmentum hæreditatis; ideoque veniat in neceſſarium conſequentiam Trebellianicæ prohibitio; hæc cauſa non poteſt producere ſuos effectus ultra propriam durationem; cumque multiplicum ceſſare debeat morte Marchioniſſæ, & tunc ſolùm Trebellianica ſit detrahenda, benè poſſunt ſtare ſimul, & totale adimplementum diſtributionis, & Trebellianicæ detractio.

Verbùm admiſſa hac conjectura in ſua prima parte, quod ſcilicet per demandatum inveſtimentum, durante tali præcepto Marchioniſſa non poſſit detrahere Trebellianicam, nimis ſubtilis eſt diſtinctio, quod illa poſſit detrahi, ceſſante multiplico. Nam ſi prohibita eſt Trebellianica quando hæreditas eſt reſtituenda abſq; diminutione, Surd. *conſ.* 412. *n.* 42. Rota *in rec. dec.* 74. *n.* 1. *p.* 8. *& dec.* 4. *n.* 7. *par.* 17. multò magis erit hoc intelligendum, quando eſt reſtituenda cum augmento; & ita ſubſiſtunt omnia argumenta in altera decìſione adducta ex prohibitione fructuum. Sed poſſet quoq; dici, quod proveniat ex præcepto de reſtituendo ſub iiſdem verbis à Teſtatore, ut toties dictum fuit in procemio concepto Ideoque eundem producere debet effectum.

Ulterius contra hanc conjecturam quandam illationem deduxerunt à detractione Falcidiæ; quia etiam ſi Teſtator diſtribuerit in Legatis totam hæreditatem itaut hæres videatur omni commodo privatus; nihilominùs falcidia debeatur; ita multò magis non debet cenſeri prohibita Trebellianica, non obſtante fructuum privatione.

Quantum inapplicabilis ſit caſui, de quo agitur, prædicta illatio, facilè patet; nam prætenditur deducere prohibitionem Falcidiæ ab illa facti circumſtantia, propter quàm à lege fuit permiſſa, ſed ſuppoſitam etiam admiſſum valdè diverſum eſt à noſtra hypotheſi, quia Marchioniſſa non privata remanſit omni commodo, cum in diſpoſitione fuerit ſpecialiter conſiderata, & pinguius honorata.

Neque hanc tertiam conjecturam obumbrant tria exempla pro Marchioniſſa adducta; ſcilicet, quod ſi quis mandaverit continuationem negocii per ipſum exerciti pro augenda ex utilibus hæreditate fideic. ſuppoſita; vel quando Teſtator mandat hæredi, ut aliquod creditum hæreditati remittat, ſive quando Teſtator gravat hæredem, ut ſua propria bona fideicommiſſo ſubjiciat in quibus non intelligatur prohibita Trebellianica, nam prætermiſſo primo exemplo nulla authoritate firmato Carval. *de utraque quarta par.* 4. *cap.* 3. qui ſecundum caſum ſupponit, examinat materiam imputationis in Trebellianicam, nihil ad rem noſtram facit, ſi *n.* 94. dicat quod hæres dicatur debitum cum quarta compenſare, quando Teſtator expreſsè caverit ne hæres debitum petat. Similiter caſus Peregrin. *pro tertio citati art.* 33. *num.* 4. *verſ. & ſi Teſtator & art.* 49. *numer.* 34. eſt an hæres honoratus in tota, vel in quota hæreditatis poſſit gravari ſimiliter in tota, vel in puta ſuæ hæreditatis, & ſic, omiſſis etiam reſponſionibus per Informantes datis, ſatis eſt dicere, quod tales Doctores non examinant noſtram quæſtionem, neque quidquid illativè contra illam deſumi poteſt, valdè enim diverſus eſt caſus, quod Teſtator mandet hæredi reſtitutionem etiam propriæ hæreditatis, & quod illi imponat Inveſtimentum reſidui ſuorum fructuum, ut hæreditati accreſcant, cum nulla inferri valeat conjectura ex demandata reſtitutione propriæ hereditatis ad prohibitionem Trebellianicæ, cum imò Peregrin. *ubi ſuprà* dicat quod tantum hæres tenetur de proprio reſtituere, quantum ipſe perceperit ex hæreditate defuncti, dempta Trebellianica, & ſic in utroque caſu nulla queſtio cadebat ſuper illius prohibitione, ſed ſolum in qua parte poterat hæres gravari de propria.

Minùs ſublata remanet quarta conjectura deſumpta ex §. 16. ibi -- *e con haver mira* -- poſtquam enim Teſtator plenè ſe ſatisfecit circa diſtributionem, nil ultra remanebat, quam demandare reſtitutionem, & perſonam hæredis nominare; ideoque repetendo -- *e con haver mira come ſopra al dotale, e ſicuro adempimento di tutta la mia volontà*, impoſuit Marchioniſſæ reſtitutionem. Si igitur reſtitutio eſt facienda ad formam ſuperius expreſſam, certum eſt, quod uſque in procemio Teſtator dixit ſe velle diſponere de omnibus, & ſingulis ſuis facultatibus, ut illa juxta ſuam voluntatem ab hærede diſtribuerentur, & reſtituerentur; quapropter benè DD. dixerunt, quod pro totali adimplemento voluntati defuncti Marchioniſſa tenetur reſtituere totam hæreditatem, & abſque ulla diminutione, ut comprobant authoritates in præterita deciſione relatæ.

Cum nulla magis clara interpretatio aſſignari poſſit verbis pro hac quarta conjectura conſideratis, ab illa declinare curarunt ex adverſo ſcribente, referendo illud totale adimplementum voluntatis Teſtatoris ad ſolam electionem, & qualitates perſonæ ſubſtituti, vel adaptando illa verba totalitatis particularibus diſpoſitionibus in teſtamento jam factis, non verò reſtitutioni faciendæ: ſed uterque intellectus tollitur unica tantum reſponſione ab ipſa lectura Teſtamenti proveniente. Primò enim dicitur -- *e con aver riguardo, e riflettere alla perſona*; Illa enim particula & demonſtrat, quod in ſola electione, & qualitate perſonæ ſubſtitutæ non reſidebat totale adimplementum, ſed etiam in reſtitutione hæreditatis, ut ibi -- *e doppo detto tempo debba inſtituire, ſoſtituire, e reſtituire la mia eredità, & haver riguardo.* Et fortius quia cum non erat neceſſaria expreſſio totalitatis pro nominatione hæredis, nam cum unicus eſſet hæres in mente Teſtatoris, Inſtitutio non poterat ſcindi, ideo verba totalitatis veniunt referenda ad hæreditatem non verò ad hæredem. Et ſic cum illud totale adimplementum non minus referatur ad hæreditatem, quam ad ſubſtitutum, ſubſiſtunt authoritates allegatæ in præterita Deciſione in §. demum DD. firmantes, quod hæres tunc plenius adimplet voluntatem Teſtatoris, quando integram hæreditatem abſque ulla detractione reſtituit: In ſecundo pariter caſu Teſtator dixit -- *Al ſicuro, e totale adempimento di tutta la mia volontà, & annue preſtazioni*; Ex quibus deducitur, quod aliquid aliud, præter annuas præſtationes requirebatur pro tali adimplemento; cumque in procemio ſe declaraverit velle de omnibus ſuis facultatibus ita diſponere, ut à ſuo hærede omnes, & ſingulæ diſtribuerentur, & reſtituerentur; dicendum eſt quod illud totale adimplementum non minus referendum ſit ad diſtributionem, quam ad reſtitutionem, quo fit, ut iſtud Teſtatoris deſiderium nil aliud præſeferre poſſit, quam Trebellianicæ prohibitionem Cirocch. *diſcept.* 10. *num.* 9. Fontaneli. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *Gloſ.* 9. *par.* 5. *num.* 113. *& ſeqq.*

Ex quibus etiam patet reſponſio ad alia duo ex adverſo oppoſita; quod ſcilicet hæc verba totalitatis nullo modo referri poſſint ad Trebellianicæ prohibitionem quia reſpiciunt ſolùm antecedentia. Secundò quia, cum ſint verbis

generalia, regulari ſaltem debent à ſubſtitutione facta per Teſtatorem, quæ cum non contineat aliquam totalitatis expreſſionem, ſecundum illam veniunt interpretanda, nam, cum jam ſupra oſtenſum fuerit Teſtatorem ſemper reſpexiſſe ad ea, quæ dixit in procemio, & ad illorum tenorem direxiſſe totam ſuam diſpoſitionem, hæc verba totalitatis, habito reſpectu ad antecedentia, & reſtricta eorum generalitate ſecundum mentem Teſtatoris debent importare prohibitionem Trebellianicæ, de Luc. ad Franch. *dec.* 11. *num.* 4. & quæcumque alia interpretatio, quæ illis dari poſſet, erit ſemper minus vera, ut in cæteris omnibus præcedentibus.

Neque erat opponendum, quod pro conjunctione ſupradictarum conjuncturarum nullus adductus fuerit Doctor; quodque DD. illas non potuerint unitim conſiderare, illiſque ſimul ſumptis majorem vim tribuere, quam quælibet per ſe ipſam ſeparate tenet, cum reſiſtat objectio jam citata Deciſio Sacrati data in Summario Marchioniſſæ *d. nu.* 1. ibi enim fatetur juxta ſenſum Jaſon. *in l. admonendi*, *n.* 253. *cum pluribus ſeqq. ff. de jur. jur.* Goff. *conſ.* 8. *nu.* 8. *cum ſeqq.* Eugen. *conſ.* 8. *nu.* 50. hanc concluſionem procedere, quando ſingula habent aliquem gradum perfectionis in genere ſuo, & tendunt ad eundem finem, negat tamen illam procedere in caſu, de quo tunc agebatur, quia ad diverſum finem tendebant, concludendo *viſum eſt DD. quia tamquam nihil habentia commune cum Trebellianica etiam ſimul juncta nihil debeant operari.* At in caſu præſenti cum omnes conjecturæ ſint directæ ad denotandum totalem, vel diſtributionem, vel reſtitutionem hæreditatis tamquam ad eundem finem tendentes, & omnes habentes in ſe aliquem gradum perfectionis, DD. dixerunt, quod præſertim ex dd. conjecturis ſimul junctis, & ex toto contextu diſpoſitionis cenſeri debet, quod captivent animum Judicis ad præſumendum Trebellianicæ prohibitionem, ut ultrà prænotatam Deciſionem in his terminis firmant Grat. *l.* 245. *n.* 5. *& ſeq.* De Luc. *de legitim. diſc.* 32. *in fin.* quia quamvis in alium ſenſum minus verum trahi poſſint, in veriorem tamen nondum fuerunt interpretatæ.

Data ſubſiſtentia iſtarum conjecturarum contrarias DD. crediderunt longè inferioris ponderis; ideòque, præter id, quod dictum fuit in preterita Deciſione, & ea, quæ de novo adducuntur per informantes, hac unica, & generali reſponſione omnes ſublatæ remanſerunt, & precipuè quia etiam in præcedenti fuerunt pretermiſſæ, ſexta excepta, quæ nihilominus particularem replicationem non requirit, cum ex illa DD. non deſumpſerunt fundamenta prohibitionis etiam quo ad alios caſus, & omnibus pateat quam diverſum ſit, quando quis tenetur adhuc vivens aliquid dimittere, vel tantùm poſt mortem illud reſtituere, quamvis minima ſit circa verborum ſignificationem differentia.

Sicut pariter ne in diverſum amplius trahatur DD. ſententia quoad atteſtationem Sabucci, illam conſulto omiſerunt, ſe quoque remiſſivè habentes ad reliqua, quæ per ſcribentes pro Co: Alexandro fuerunt conſiderata.

Et demum, quia reſpectu Palatii à Defenſoribus Marchioniſſæ nil aliud opponebatur, quam exceptio Judicii preventivi, illa ſatis ſuperque ſubmoveri viſa fuit ex reſponſionibus datis in præterea, & modo in hodierna deciſione repetitis.

Et ita, utraque Parte informante reſponſum fuit &c.

REVERENDISSIMO P. D. BENINCASA.

Romana Trebellianicæ.

Lun. 19. *Januarii* 1693

TRebellianicæ detractionem Marchioniſſæ Hieronymæ prohibitam eſſe, & Palatium, Jocalia, cæteraque mobilia venire in reſtitutione fideicommiſſi duplici, & uniformi ſententia pronunciatum fuit, & hodie coram me in ulteriori inſtantia precedentis judicati validitate, & juſtitia comprobata DD. reſolverunt locum eſſe ſtatuto de duabus, ad cujus normam inter Cives, & incolas duę conformes ſententiæ habent vim trium, & faciunt rem judicatam, ut pluries reſolvit Rota, *& ſignanter* cor. Cavaler. *dec.* 616. *n.* 1. cor. Priol. *dec.* 43. *ferè per tot. & dec.* 598. *n.* 1. *p.* 18. *rec.* & alibi paſſim.

Reſultare ſatis apparuit validitas ex revolutione Proceſſus, nec non ex pluribus Deciſionibus in hac cauſa emanatis, in quibus exceptio præventivi Judicii rejecta jam fuit, ubi præcipuum nullitatis objectum fundabatur, juſtitia verò quoad primam partem judicati deſumpta eſt ex inconcuſſa, & conſtanti noſtri Tribunalis ſententia, qua ſemper firmatum fuit, quod ad inducendam Trebellianicæ prohibitionem expreſſis verbis, ęquipollet efficacia conjecturarum, quæ illam neceſſariò præſeferunt, non quidem phyſica neceſſitate, qua juxta ſenſum Marchioniſſæ, neque per poſſibile in ullam aliam interpretationem converti poſſunt, ſed tantum morali, quæ apta ſit ad ſuadendum animum Judicis. In diſcutiendis namque conjecturis, non ita rigidè procedendum eſt, nec anxiè exquirendum, ut ad oculum concludant, aliàs non conjecturæ, ſed verius demonſtrationes dicendæ forent, Menoch. *de præſump. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 25. *& ſeqq. dec.* 21. *n.* 26. *part.* 5. *& dec.* 142. *n.* 41. *part.* 10. *& dec.* 61. *n.* 14. *par.* 14. *recent.*

Et ſanè ſi ad arguendam Trebellianicæ prohibitionem opus eſſet, quod eam conjecturæ adeò neceſſariò concluderent, ut nullum alium intellectus etiam interpretativum recipere poſſent, actum eſſet de omnibus illis, ex quibus regulariter deſumi ſolet, dùm quælibet ſuum habet contradictorem, qui eam in alium ſenſum expendit, ut cæteris omiſſis videre eſt in caſu, in quo Teſtator totam hæreditatem reſtitui mandavit, vel in tota hæreditate ſubſtituit; Non enim deſunt, qui exindè Trebellianicæ prohibitionem minimè deduci poſſe contendunt, quos refert Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 12. *n.* 15. & tamen communi DD. ſententia eſt, & à Rota ſæpiùs admiſſa, quod ex hujuſmodi totalitatis expreſſione, cum quo hæreditatis reſtitutio demandatur, ſimilis prohibitio reſultat, Adden. ad Burat. *dec.* 480. *n.* 18. Rota cor. Ubald. *dec.* 92. *num.* 3. & coram Priol. *dec.* 294. *nu.* 2. *& noviſſimè in Romana Immiſſionis* 16. *Junii* 1690. §. *Non quidem, coram me.*

Conjecturæ verò, quas in præſenti hypotheſi DD. expenderunt, plures ſunt urgentes, & claram præſeferentes Trebellianicæ prohibitionem, omiſſis etiam aliis, quæ latiùs in præteritis Deciſionibus approbatæ fuerunt. Agitur namque de Teſtamento, in cujus exordio Teſtator expreſsè declarare voluit propriam voluntatem, tam circa diſtributionem, quàm circa reſtitutionem omnium, & ſingularum ejus facultatum, quę certè detracta trebellianica juxtà ſenſum diſponentis integraliter reſtitui non potuiſſent, maximè quia enixè ulterius deſideravit, quod ab ejus hærede omni meliori modo, & in omnibus, & per omnia voluntas illius adimpleretur, quod nullo quidem meliori modo aſſequi valuiſſet, quam per reſtitutionem hæreditatis à præcedenti detractione non diminutæ, ut pluribus cumulatis authoritatibus optimè firmatum fuit coram Revendiſſimo Decano §. *In præſenti, &* §. *Secunda* 16. *Jan.* 1690. & coram R.P.D. meo Priolo §. *Quapropter, & ſeqq. ſub die* 11. *Jan.* 1692.

Clarius intentionem Teſtatoris demonſtrat facultas hæredi conceſſa percipiendi dotem, quartum dotale, veſtes lugubres, uſum mobilium, argentorum, gemmarum, curruum, ęquorum, Palatii, & inſuper annua ſcuta 12. mil. quæ ſingula cum ex tota hæreditate demenda eſſent, manifeſtè convincunt, quod ultrà deſignatas detractiones plurimum exuberantes, & pingues, quævis alia remanſerit heredi prohibita, juxtà doctrinam Bald. *in l. In fideicom.* 3. §. Pollidius *n.* 2. *verſ.* 2. *nota, ff. de uſur.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 3. *qu.* 1. *numer.* 3. Tondut. *quæſt. Civil. cap.* 77. *num.* 16. Hujuſmodi enim adeò exacta denumeratio rerum, quæ ad commodum heredis cedere debebant, ſatis ſuperque oſtendit, reſiduum venire in reſtitutione fideicommiſſi, ac taxativè facta fuiſſe, optimè Gloſſ. *in l. cum quis*, §. *Mulier, verb. cogat. ff. de dot. prælegat.* ibi -- *ſpecialis eſt conjectura voluntatis ex eo enim, quod legabat pro debito dotis, quaſi quadam taxatio eſt, ut quidquid ultra habeat, reſtituat* -- Peregrin. *de fideicomm. artic.* 49. *numer.* 21. Altograd. *controv.* 14. *numer.* 2. Attenta præcipuè ſubſequenti diſpoſitione reſidui *ad text. in l.* 2. *Cod. de hæred. inſtitution.* Bart. *in l. Titius rogatus* §. 4. *numer.* 4. *ff. ad Trebell.* Alex. *conſ.* 130. *n.* 7. *lib.* 2. *& conſ.* 26. *numer.* 2. *lib.* 4. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 72. *n.* 16. Rota coram Ubald. *dec.* 92. *num.* 2.

His omnibus accedit propriæ agnationis contemplatio, & deſiderium enixum conſervationis, & unionis bonorum, itaut neque ad vitam legatariorum ſeparari ab hæreditate permiſerit fundum aliquem certum, cujus fructus legatis correſponderet, ſed ſpeciali multiplico deſignato, hæreditatis ſolùm incremento proſpexit. Oritur autem non levis præſumptio prohibitionis Trebellianicæ ex ratione, & voto conſervandi agnationem, ad tradita per Nat. *conſil.* 321. *numer.* 9. Simon. de Pret. *interpr. ultim. volunt. lib.* 3. *dub.* 5. *ſolut.* 6. *numer.* 33. Barry *de ſucceſſ. libr.* 15. *titul.* 8. *numer.* 21. Rot. *deciſ.* 74. *numer.* 3. *part.* 8. *recent.*